

et contentiones ieiunatis. et percutis pugno impię. Nolite
 ieiunare sicut usq; ad hanc diem. ut audiat in excelsis
 clamor tuus. Numquid tale est ieiunium quod elegi. per diem
 affligere hominem animam suam. Numquid contorquere
 quasi circulum caput suum. et sacco et cinerem sternere.
 Numquid istud uocauit ieiunium. et diem acceptabilem
 domino. Nonne hoc est malus ieiunium quod elegi. Dissolue col-
 ligationes impietatis. solue fasciculos deprimentes. Dimitte
 eos qui confraeti sunt. liberos. et omne onus dirumpere. fam-
 ge esurienti panem tuum. et egenos uagosq; induc in do-
 mum tuam. Cum uideris nudum. operi eum. et carnem
 tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen
 tuum. et sicut aurora orientur. Et ante ibit faciem tu-
 am iusticia tua. et gloria domini colliget te. Tunc inuo-
 cabis et dominus exaudiet te. clamabis et dicet ecce assum.

Quia misericors sum dominus deus omnipotens. **Sabato**
Itae dicit dominus. **Leuius pulvis.**

Si abstruleris de medio tui catenam. et defueris dignum
 extendere. et loqui quod non potest. cum effuderis e-
 surientiam animam tuam. et animam afflictam repleue-
 ris. orientur in tenebris lux tua et tenebre tue erunt
 sicut meridies. Et requiem dabit tibi dominus deus tuus sepe.